dicitur pro peccatoribus et de peccatoribus natus est. de carne obnoxia peccato car-
nem assumpsisse asserit liberam a peccato. et ideo liberam quia liberatam. Soluta namque
sub illo nexu primum fuit. sed que sub illo esset aliquando iam cessavit. quando assumpta est munda-
ta est. Per eandem quippe gratiam natura humana mundata est in verbo dei li-
berata a peccato uniretur. per quam christianus a peccato liberatur. in eo de natus est christus capi-
te suo sociatur. Apparet itaque nobis sicut dicit beatus augustinus gratia in ipso capite
unde se unicuique in suo se per cuncta membra eius diffundit. Ea gratia
fit ab initio fidei sue homo quicumque christianus qua gratia homo ille ab initio suo factus est christus.
De ipso spiritu et hic renatus de quo est ille natus. Eodem spiritu fit in nobis re-
missio peccatorum quo spiritu factum est ut nullum haberet ille peccatum. Sic
quod factum est per gratiam non caro illa a peccato subiecta ab origine sua erat in-
daretur. et in data in illo que liberata ab omni peccato esset futura esset a peccato libera
assumeretur. non nec gratia corruptionis nature preiudicium faceret. nec corru-
ptio nature gratiam impediret. Quomodo in quibus fuit christus in lumbis abrahe decimatus
non fuit. sicut caro eius peccato obnoxia fuit. Sed sciendum est quod levi et caro christi
sicut caro levi adhuc in lumbis abrahe sub peccato fuit. tamen ipsum peccatum
eius non fuit sub quo caro eius fuit. Sed et non solum eius non fuit quod in futurum eius fuit. Quo-
propter levi in hic et naturam et culpam habuit quia in propagationem originis. et naturam
et culpam habere debuit. Christus autem qui erat in lumbis abrahe solam naturam habuit. propterea quod
ipsam solam inde accepturus fuit. procul dubio oblationem non eguit. quia pro eo quod ei solum
ibi erat necessaria non fuit. Oblatio enim non pro natura sed pro culpa offertur. quia si pro
culpa non esset natura oblatione opus non haberet. Sic itaque levi in lumbis abrahe de-
cimatus est quia et naturam et culpam ibi habuit quia et naturam et culpam inde accepturus
fuit. Christus vero decimatus non est quia propterea quod inde solam naturam accepturus erat. et
ideo tunc ibi culpam non habuit. cum ipsum quod eius futurum erat sine culpa natura et sua
origine culpe obnoxia fuit. Quod verbum sic carnem rationalem
animam suscepit et qualem [illegible] fuit ad illa
in sua virtute et [illegible] iustitia et bonitate

Quidam autem fuerunt veteres qui putaverunt in christo cum carne a verbo rationalem animam

License: CC-BY-NC – Engelberg, Stiftsbibliothek, Cod. 90, f. f.%2020r – Hugo de S. Victoris, De sacramentis fidei christianae (http://www.e-codices.ch/en/bke/0090/f.%2020r)